

# Mythologia, Francfort, 1581 - I, 10 : De sacrificiis superiorum Deorum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre I

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - I, 10 : De sacrificiis superiorum Deorum](#)

---

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 10 : Des sacrifices des Dieux celestes](#) est une transformation de ce document

---

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 10 : Des sacrifices des Dieux celestes](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - I, 10 : De sacrificiis superiorum Deorum, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5894>

Copier

## Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 21-37

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

ῥέθυιας, μᾶμειν ἀνέχουσιν. Post captam Troiam multi  
 ex Locris naufragium iuxta Geream passu perierunt: reli-  
 qui vero cum Aiace per summas difficultates in Locridem  
 tandem euaserunt. At vero anno deinde tertio cum fa-  
 mes & pestilentia eorum regionem cunassisset, quia negle-  
 cta religione Aiax cum Cassandra rem illegitimè habuisset,  
 responsum est redditum ab oraculo oportere per mille  
 annos placare Palladem Troianam duas Virgines e suis  
 quotannis sortitas Troiam mittentes. Mansit postmodo illa  
 consuetudo Troianis ut missas Virgines obuij caperent ac  
 ingularent, quas postea sterilibus & agrestibus lignis com-  
 burent, quas ritus ad bellum Phocensium usque tempora perdu-  
 xit. Tunc enim immunitatem eius sacrificij, vel potius  
 eius impietatis Locrenses obtinuerunt. Est autem illud ar-  
 gumento, quod summam diligentiam adhiberent antiqui in  
 eligendis lignis ad sacrificia, quod cum ædituis auguribus, fa-  
 cialibus interpretibus, lignatores etiā vocati præerant sacrifi-  
 ciis, quibus id tantum curæ erat, ut legitima ligna pararentur,  
 & concinnè igni imponderentur. nam nisi omnia seruari-  
 legitima in sacrificiis, publicæ inde calaritates oriebantur  
 cuius rei vel illud est argumento, quod si quis in Iouis Lycæi  
 templum, aut etiam in aream, minimè peractis prius lustra-  
 tionibus legitimis, ingressus fuisset, intra annū omnino mori  
 necesse erat, ut scriptum Hegesander lib. 27. & Paul. in Arcadicis.  
 ideo scriptum est à Paul. in prioribus Eliacis, in Iouis Olym-  
 pij fanio, ubi magistratus nigro ariete faciebant, neque vlla  
 portio victimæ dabatur vati, sed collum tantum lignatori mo-  
 re maiorum, mandatum fuisse negotium lignatori ut ad sa-  
 crorum usum ligna certo precio daret vel publicè ciuitatibus,  
 vel priuatim cuilibet, quæ non erant ex alia arbore, quam ex  
 alba populo: qui honor habitus est arbore, quod eam Hercules  
 è Thesprotide primus in Græciam portauit, quam ad flumini  
 Acherontem Thesprotidis reperit, cuius etiam lignis victima-  
 rum femora cremauit. Dicebantur esse in Lydijs Persicis co-  
 gnomento vocatis vrbes due, Hypræ & Hierocæsarea, in  
 quibus utrisque templum erat amplissimum cum cellis & a-  
 tis, super quibus erat cinis longè diuerso colore à cinere com-  
 muni. Huc ingressus sacerdos lingua Græcis ignota aris ligna  
 imponebat, caput tiara velabat, implotabat Dei ignoti cognō



Βικτωίη φέρει γὰρ λαγόνες τῶν χυτ ἀνδρῶν,  
 αἷα παρὰ πνύτρεσσι ὑπὸ δ' ἑρμῆσι παρναταῖσιν  
 δειλαφώσιν τοῖσισι πιδώσαν ἱεράρεσι  
 κούρεσι ἰὼν ἱεργαμένον, ὅτι πλοκάμιοι γυνώσκουσιν. ἱλίσσονται.  
*Incepserat statueret chorus altaria circum.*  
*Cuncti ibi Ioplaena Phœbum*  
*Cantantes, & namque O Eagri filium Orphœum*  
*Exstantia sumpta cithara caetero incipit altè,*  
*Horrendum et fixit serpentem ruit sagittis*  
*Ad inga Parmasæ saxosæ parvulus infans*  
*Phœbus ad hunc, undamque, & gaudens crinibus aureis.*  
*Su placidus faciliq; venit.*

Sic apud Virgilium Euandrus accedenti Æneæ commemo-  
 rat post convivium, quæ causa ipsum compulerit ad illa sacri-  
 ficia instantanda: quippe cum non solum inter sacrificia, sed  
 etiam in convivis, & in omnibus solennitatibus antiquo-  
 rum essent sermones de rebus ab illis Diis gestis. Laudes ju-  
 tem Deorum & hymni, dum viderentur victimarum partes  
 aræ impositæ, circa ipsam aram canebantur, at cum vitæ fu-  
 issent illæ, & quæ relictæ erant in convivium coctæ, his  
 vescerentur. Deinde post convivium antequam discederent,  
 gratias Diis agentes, quod eos in convivium accepissent, viti-  
 marum sacrificiorum partem linguas victimarum in sacros  
 ignes coniciebant, & vini parum super illas, ut testatur Apol-  
 lon. lib. 1.

τίνας καὶ τὶ γλώσσας ἱερῶν  
 αἵματιναι.

*Interea accensis fundunt libamina linguis.*

Sic etiam Homerus lib. 3. Iliad. γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλει: *mi-  
 erunt igni linguas.* Istud autem fiebat ubique in honorem  
 Mercurij, cui lingue erant consecratæ, atque post exustas lin-  
 guas gratias Diis agentes unusquisque lati ex illis sacrificiis do-  
 num discedebant, at nunc de sacrificiis marinorum dicamus.

*De sacrificiis marinorum Deorum. CAP. XI.*

**A**T verò quoniam demones illi qui mari præterant, pro  
 naturaloci crassiores esse putabantur, idcirco in eorum  
 sacris crassiora quædam corpora quam essent vel nidotes vel  
 cantus offerebantur, quæ ad gustum pertinerent, corporaque

*εἰ δὲ πανηγύρεαι μολῶν θεῶν ἰλάσκειντο*  
*καλὸν ἀνιδόντας παῖδονα καὶ παῖδας ἀρχαίων.*  
*μήλωντας ἱερῶν δὲ φρένα τέρεσσιν ἀκαύων.*  
*Phœbeas itas placabant carmine Graij*  
*Per lūces totas pulchrum pœana canentes,*  
*Cantantes Phœbum: huic mulcebant gaudia pectus.*

Sic in sacris matris Deūm, ut nonnullorum Deorum, addebantur etiam musica instrumenta. quare inquit Ouid. in lib. primo de Ponto:

*Ante Deūm matrem carni tibi cen adunco*  
*Cum canit, exigua quis stipis araneget?*

Istud autem efficere putabantur ut tibiis vterentur in sacris, quo animi presentium hominum diuerterentur a priuatis cogitationibus ad Deorum immortalium reuerentiam, quia nescio quid diuinum imprimit in animis nostris vis musica. Ioui, cum mens illa suprema diuina credebatur, non adhibebantur nisi lumina in sacrificiis: at cum Iupiter pars esset summa æris, tunc adhibebantur musica instrumenta, ut ceterorum Deorum sacris nonnullorum; quippe cum simulacris sacrificiis etiam paruis per illorum strepitum paternæ crudelitati dicatur fuisse surreptus. In antiquis huius sacrificiis strophe & antistrophe moduli canebantur ad imitationem motuum stellarum, ut ait Aristoxenus in libro primo de foraminibus tiliarum, & Bito in libro quem scripsit ad Attalum de musicis instrumentis. Nam modò huc, modò illuc inter illa sacra saltantes voluebantur; atque per strophæ motum primum huius vniuersi; per antistrophæ, proprias singulorum planetarum motiones, significabant. Erant autem cantilenæ in sacris nihil aliud quam commemorationes eorum beneficiorum quæ Dij ipsi in homines benignè contulerant, cum virium ipsorum Deorum, & clementiæ & liberalitatis amplificatione, & cum precibus ut benigni ac faciles precantibus accederent, ut ait Philochorus in lib. de sacrificiis, ut significant hymni Orphei, & iubet omnis ratio conscribendorum hymnorum, quale est id Apol. lib. 2.

*ἀμφὶ δὲ δαίμονι τοῖς θεοῖς χορὸν ἐκίστατο,*  
*καλὸν καὶ παῖδ' ἐκπαῖδονα καὶ παῖδας*  
*μήλωντας οὖν δὲ φρένα ἰὺς πάντες οἰάχουσι*



& obseruent quæ fiant à singulis hominibus: ita nihil quod Deo cognatum non sit, esse existimant. Sic enim inquit:

αὐτοὶ γὰρ μέγα ἀνὴ ἐπὶ χρεὶ πυλαστέῃς

ἡ δὲ ἀποστολή τῶν ἀποστόλων ἐστὶν ἡ ἀποστολή.

εἰς αὐτὸν φωνάζουσιν τὰ δῖα καὶ οὐρανὸς ὅλος.

ἐν ᾧ καὶ ἡμεῖς, πάντα ὁρῶντες ἐν αὐτῷ.

*Melica fringilla terra habitantia. Dinum*

*Sunt tamen haec observant hominum mortalia facta.*

*Observant pariter peragrantes faigue nefaique,*

*Acra induta* Selamence.

At Lamblicus & Trimegistus, & Psellus, & reliquorum sapientum complures non solum triginta millia demonum esse censuerunt, sed vniuersum aëra & ocelos plenos esse demonibus crediderunt, qui latè per aëra vagarentur, & ad nidores sacrificiorum accederent. His igitur demonibus aëreis cum sacra fierent, præter lumina, & nidores carfarum victimarum, cantu etiam & odores multos, & thus adhibebat, vt testatur id Virg. lib. 1. *Æneid.*

*Imoni: Argina iuffoi adolemmi baneres.*

foliis. Farre pro, & plena supplex generatur acerra.

Idcirco Medea utpote venefica, sacrorum rituum peritissima, cum ventis sacrificaret apud Apollonium Rhodium lib. 4. maxime odorifera ac suavia offert sacrificia, ut est in his

τῶν παρὰ τοὺς μὲν ἐν Ἀκτῇ τοις φάσμασιν ἑπιδείκνται

αὐτῶν καὶ πάλιν, τὰ καὶ ἐκ ἀπορίας εἶναι

ἀνθρώποις ἐλπίσταις ἐστ' ὅπως ἡγάγεθ' ἑώρα.

*Tantum effata lenes inulcensia pharmaca Sentos.*

*Aether aque in se per se, procul illa è montibus alris*

*Deduxere feram syluestrem, qua illa cupiuit.*

& Hom. lib. i. Illas pro depellenda pestilentia nidores victimarum Apollini etiam obtulit in his:

αὐαῖς πάντες ἀκούετε καὶ ὁμολογεῖτε τὴν ἀλήθειαν

Σουλᾶται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

*Se vuole caprarum, si vuole madorum ille*

*Obvius agnovimus fieri, ac depellere possem.*

Et quoniam cantus, & harmonia, musicorumque instrumen-  
torum soni non sine quadam voluptate aëra permouent illa  
de causa cantus etiam delectant illi daemones credi sunt, quare  
ut ait ibid. Hom.

quorum sacrificia non liceret, nisi pueros accedere. Vbi iugiter purgata, & molis conspersæ, & disiectæ fuissent victimarum: atque quam illarum membra incensis altaribus imponerentur, thus in flammis iniiciebatur, & in illud vinum è patris in flammis in Deorum honorem, quod ita innuit Ouid. lib. 13. Metam.

*Thure dato flammis, vinoque in thura profuso,  
Casarumque bonis sibi de more cremati.*

Postquam hæc egissent, elegissentque partes victimæ quas Diis offerrent, reliquas in conuiuia quæ per omnes solennitates in honorem Deorum fiebant, reseruabant. at illæ partes quæ electæ forent sacrificiis, ut ignem facilius admitterent, molis conspergebantur, sicut patet ex lib. 8. Apollon.

ἂν χαίρει δ' ἰτέρεϊο κατὰ πλατὺν αὐχίνα κόψας  
χαλκῷ πάλιν κρατερὸς δέκιρον τέτυκται.  
ἥριπτι δ' ἀμφοτέρωσι πῶρρον ἔνε κίρταται.  
τοὺς δ' ἰτέρεϊ σφάξαν τὰ βούε, δ' ἄρα τὰ βοῖας,  
κόπρον δ' αὐτῶν τε, καὶ ἡεῶν μὲν ἰτέρεϊο.  
καὶ δ' αὖτις τὰν πάντα καλὸν φαίνεται πύκα θυμῷ,  
καὶ σὺν ἡεῶν δ' ἀκρήτους χεῖρας αὐτῶν  
ἀποσίδαι.

*Tum bonum alterius percussit colla securi  
Arca ibi Ancam, fortes nervosq; cecidit.  
Prolapsus ceciditque ingeni in cornua humi bos.  
Hos secū iugulare cisti, huius & tergora costis  
Diripere: & coxas, & cadere singula membra:  
Hac adipe & tegere, & sacrum imponere flammis  
Æsonides, atque inde molas conspergere salsas.*

Cum ignis postea exarsisset ut etiam magis extolleretur, supra hæc vinum effundebant, sicut ait Hom. 1. Iliad.

καὶ δ' ἐπὶ χεῖρας δ' ἡεῶν, ἐπὶ δ' αὖτις οἶνον  
ἀνέβη.

*Efficit ligna super senior: tum munere Bacchi  
Libavit, sudatque mirum.*

In sacrificiis illorum Deorum qui ætj putabantur, præter ignem cantilenas etiam addiderunt, cum illos harmonia delectari arbitarentur, atque Dei huiusmodi credebantur omnes illi daemones qui à terra & ab aqua omnem regionem usque ad locum stellarum supremum gubernarent. Nam ad triginta milia daemonum esse scribit Hesiodus, qui Iouis sint ministri, & ob-







ita obseruatis tum sacerdotes preces incipiebant, ac paucis præmissis vinum inter cornua victimarum effundebant, vt innuit Ouid. lib. 7. Metam.

*Admota quoties templis dum vota sacerdos*

*Concepit, & fundit purum inter cornua Vinum.*

Atque Virg. non solum sacerdotes, sed illos etiam quorum ergo sacra fiebant, vinum inter cornua fundere solitos ait lib. 4. Æneid.

*Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,*

*Candentis sacca media inter cornua fudit.*

Deinde paucis interiectis precibus farina hordei cum sale permisto primum in tergus victimæ spargebatur, quæ ista de causa tenui aqua, tanquam leui imbre, fuerat à ministro perfusa, atque illæ molæ dicebantur: quas Græci εὐλαχύναι vocarunt, cum sit εὐλὴ hordeum, χύνω fundo. Vbi igitur ita conspersæ victimæ aliquandiu stetissent, dum preces à sacerdotibus, factorumque præfectis agerentur, cultri ad eas iugulandas aut secures parabantur, & hydria aqua plena ad lauandas manus ministrorum. Deinde post nonnullas preces aliam molarum partem cum villis è fronte victimæ euulsis in ignem super aram tunc accensum coniciebant, quæ prima libamina vocabantur. hoc ita significauit Hom. lib. 3. Odyss.

χίονιά τ' εὐλαχύναι τε κατήχεται, πολλὰ δ' Ἀθήνη  
εὐχεται ἀπαρχόμενοι, κεφαλῇ τείχας ἐν πυρὶ βάλλειν.

*Fudit aquas, fuditque molas, ac multa precatna*

*Pallada, dat flamma euulsos de vertice Villos.*

atque postea idem poëta libro etiam f.

ἀλλ' ὅτ' ἀπαρχόμενοι κεφαλῇ τείχας ἐν πυρὶ βάλλουσιν  
ἀργιόδοτος υἱός, καὶ ἐπὶ χύει πᾶσι θύοισι.

*Verum hic sacra ferens dat flamma foris villos*

*E capite euulsos Villos, Diubique precatur.*

Sic Virg. lib. 6. Æneidos;

*Et summas carpens media inter cornua setas,*

*Ignibus imponit sacris libamina prima.*

Erat illa præterea consuetudo, vt illi quorum causa fiebant sacrificia, altera manu cum precibus, dextra scilicet, aram tenerent: quem ritum ita attigit Virg. lib. 4. Æneid.

*Talibus orantem dicens, aramque tenentem.*

Nec longo sanè intervallo peractis quibusdam ptecationibus  
victimarum



victimæ inauratis cornibus ad aras candidæ adducerentur, ut testatur Valerius Flaccus in primo Argonauticorum:

*Dabit auratis & cornibus igni*

*Cella pater, nuncique greges altaria cingent.*

Neq; parua adhibebatur præterea diligentia in observandis victimis, ubi ad aras adductæ fuissent, an libèter astarent: nam si reluctarentur, remouebantur ab aris, quia Diis minimè grata esse putabantur. quare ita scripsit Virg. lib. 2. Georg.

*Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.*

Experiebantur præterea voluntatem victimarum per molanum insperiones, cum illis & cultri & victimarum tergora conspergerentur, & cultrum obliquum à fronte ad caudam ante immolationem deducere solebant, quod innuit Virg. lib. 2.

*Dant fruges manibus salsas, & tempera ferro*

*Summa notant pecudum.*

Enimvero tantum erat in observandis victimis studium, ut non sufficere videretur si quiete ad aram astitissent, nisi etià annueret sacrificius, ut ait Myrt. li. 2. rerum Lesbicarum his verbis: οἱ μὲν ἔν' ἱερῶν τὸ δὲ ἀπὸ τῶν αἰνῶν ἱερέων αἰετὸν τὸ οὐτ' αὐτὸν ἱερεῖον, ὅς ἐστιν ὁ καὶ τὰ αἰετὰ τὰ αἰετὰ. Nā sanè sacerdotes aquam infundere in aurem victimæ consueverunt, & ille annuat illis sacrificiis. Erant aquæ præterea propriæ singulis sacrificiis magis apte credite. nā in sacris & in nuptiis Athenis nulla aqua, nisi Callisthocis fontis uti mos fuit. In Delo aqua templi nulla alia in te, nisi in sacris uti solebant. ac neq; flumionum quidē cæterorum omnium aquæ omnib. sacrificiis apte putabantur: siquidē Ioui Olympio aqua Alphei grata fuit, ut in Arcadicis rebus testatur Pausanias. At Amphiarai fontis vocati, qui erat in Oropiorum agro Amphiarai & Apollinis templo proximus, aqua neq; ad lustrandum, neq; ad laundas manus uti fas esse censebāt. tanta erat antiquorum in rebus sacris ritè peragendis industria ac diligentia. Observabatur præterea ex institutis sacrificiorum ut ternarius numerus in sacris usurparetur, ut scripsit Porphyrius in libr. de sacrificiis, mos fuit antiquorum, ut cum floribus, herbis & ramos arborum & animalia demonibus prius offerrent, cum essent altissimo Deo immolaturus, quod quidē ter faciebāt, ut illi demones ipsi summo Deo vota ac preces hominum sacrificiorum asportarent, quos Dei supremi nuntios esse arbitrabantur. His enim & gratias agebant pro impetratis à Deo beneficiis, & salubria precabantur, & eos venerabantur ut summi & excelsi Dei illius ministros. His



memoriam recitasset carmen ex libro lingua planè ignota Græcis ac perorasset, sponte sua è lignis, nullo igne admoto, purissima flamma omnibus procul absistentib. emicabat, ut ait Theagenes in lib. de Diis, & Paus. in priorib. Eliacis. Tanta diligentia & in purgationib. & in omni sacrificiorum ratione uti oportebat. Summæ præterea observantiæ & reuerentiæ Deorum templa fuerunt apud maiores. nam si quis supplex ad aras Deorum confugisset, cum inde diuellere per religionem non licebat, ut scribitur à Paus. in Achaicis. quare cum Atheniensium magistratus in eos saeuissent, qui cum Cydone in arcem Mineræ confugerant, & ipsi, & oēs eorum posterius violatæ religionis Mineræ pœnas dederunt. Sic Lacedæmonij cum violassent eos qui supplices in templum Neptuni confugerant, tam ingentibus tamq. crebris terræ motibus Sparta coccussa est, ut nulla propè domus expetere tantæ nūne fuerit. atq. longum esset calamitates eorum memorare qui propter neglectam vel falsam antiquorum religionem in summum capitis discrimen inciderunt. Erant præterea nonnullis in ciuitatib. quedam familiæ, quæ solæ nonnullorum Deorum sacris initiarentur, sicut Iherculi Pinarij, ut est apud Virg. li. 8. At Cereris sacris apud Athenienses soli initiabantur Eumolpidæ, quia primus Eumolpus illa sacra celebrarit, ut testatur Accestodorus his verbis: κατοικῆσαι δὲ τῆς ἑλευσίνης ἱερῶσι, πρῶτον μὲν τῆς αὐτοῦ χόραις, ἔπειτα ὁρᾶν τοὺς μετ' εὐμέλπου παραγνομήνους πρὸς τοὺς θεοὺς, εἰς τὸν κατ' ἐρχομένης πόλιν μεν. τινὲς δὲ φασὶ καὶ τὸν εὐμόλπον ὑρῆν τῆς μύσει τὴν σωτῆρα μέλει κατ' ἐκκωτὸν εἰς ἑλευσίνι, ἀήμιτι καὶ κόρη. *Habuisse in Eleusine prius indigenas narrant, at deinde Thracas, qui cum Eumolpo suppetias tulerunt per bellum quod fuit cum Erechtheo. at alij inquirunt, Eumolpum inuenisse sacrificia qua sunt anniuersaria in Eleusine Cereri et Proserpina.* Androtio verò li. 2. de sacrificiis non cum Eumolpum inquit illa sacrificia inuenisse, sed alium Eumolpum, qui fuit quintus à primo, qui pugnavit aduersus Erechtheum. sic enim inquit: εὐμόλπου γὰρ γένεθαι κήρυκα, τὸ δὲ εὐμόλπον, τὸ δὲ ἀντίφθικον, τὸ δὲ μενσαῖον τὸν ποιητὴν, τοῦ δὲ εὐμόλπον τὸν καταδείξαντα τῆς μύσει, καὶ ὑποφάντα γὰρ οὐτά. *Nam Eumolpum fuisse præconem, ex quo nascitur Eumolpus, ex hoc Antiphemus, ex hoc Musæus poeta, ex hoc Eumolpus, qui ritum sacrorum demonstravit, atque functus fuit sacerdotio.* Erat illa præterea consuetudo, ut victimæ



opinio illorum qui magistratus & imperia admirantur, ut summus Deus putaretur. quare postea nunc vim factorum, nunc providentiam Dei, nunc Deum ipsum, quam mundi animam appellant nonnulli, nunc æthera, Iovem nuncuparunt: quæ cum sempiterna sint, Iovem etiam putarunt sempiternum. sic, ubi pro vi diuina per aquas diffusa, Neptunus intelligitur, dicitur sempiternus, pro Vulcano ignis, pro Venere naturalis procreandi libido, pro Cerere, terræ feracitas. Nam si hoc pacto Dii antiquorum accipiantur, erunt sempiterni ex illorum sententia, qui mundum, eiusque elementa sempiterna putarunt. si eorum genealogiam inuestigemus, omnes fuerunt mortales, & ab hominibus procreati, ut parebit postea. Atqui absurdum fuit hominum nominibus res sempiternas appellare, diuinæque providentiæ splendorem sub his humanis velut integumentis, quippe cum minimè conveniat res admirabiles horum profanorum nominum colluione inquinare. At quia viderent sapientes animos multitudinis apertis rationibus ad eruditionem non posse adduci, horum figmentorum suauitate illos ad se allexerunt, quæ sola causa fuit, cur tot postea fabulæ sint inuentæ.

*De sacrificiis superiorum Deorum. CAP. X.*

**V**T autem pateat elementorum, rerumque naturalium virtutes, & vites demonum eorum qui in iis inhabitarent, qui Dii à multitudine imperitorum fuerunt existimati, his nominibus vocatas fuisse à sapientibus: non erit absurdum si genera sacrificiorum Diis singulis attributorum breuiter explicauero, quippe cum multa factorum genera fuerint ab antiquis pro singulorum Deorum natura instituta, & victimæ varæ, & varia sumentorum ratio, & non idem habitus sacrificantium. Neque enim omnibus mola offerebatur, neque omnibus accendebantur lumina, neque sacra fiebant semper super sublimibus aris, neque semper per diem. Diuersa denique pro singularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum Deorum natura, sacrificia ubique offerebantur, quod alia celestibus, alia terrestribus, alia aquaticis, alia Diis inferis conveniebant, quorum alia priuatum, alia fiebant publicè. Primum igitur omnium scire con-



ἢ καὶ ἄλλας σφαγὰς ποίειν, ὅσας ἀννάσσειας χῆρας ἀπὸ νῆ-  
 ῃσι τοῖς τῷ μίαισματος καὶ βαρύν. Erat enim mos antiquo-  
 rum, qui nunc etiam servatur, ut qui eadem hominum, vel  
 aliorum animalium commisissent, percussu aqua manus ab-  
 luerent, ad commissi piaculi lustrationem. quare iussit He-  
 siodius nulli Deorum sacra fieri oportere antequam manus  
 lotæ fuerint manè, cum ita scribat in operibus:

μὴ δ' ἔστω' ἢ τοῦς αἰὶ λείβει ἀδὸς παρ' αἶνον

χρὸν ἀνέμῃσι, μὴ δ' ἄλλας ἀδ' ἀνάττοι.

*Nunquam dena Iouis superis ve rubentia libes,*

*Ante manus sinuū quam pura laveris unda.*

Nam cum purus sit Deus, & ab omni prorsus sorde immunis,  
 non convenire crediderunt illi ministro qui ad eius altare ac-  
 cederet, manus, aut aliquam corporis partem habere iniqui-  
 natam aut impuram. Quare si quis neglecta purgatione ad sa-  
 crificia accessisset, illius preces Deos neque audire neque re-  
 spicere arbitrabantur. Erat præterea non parva diligentia in  
 eligendis lignis, quæ convenirent singulis sacrorum generi-  
 bus: quoniam non ex quibuscumque lignis ignis accendebatur, sed  
 ex lignis in legibus sacrificiorum nominatis. Sic in sacris Bac-  
 chi antiquitus nulla ligna, nisi oporobasilidis, aut phibalex fi-  
 cus, aut viticis cum foliis vitium utebantur, ut ait Hegemon  
 lib. 2. Georgicorum. in sacris Veneris myrtus utebatur. at apud  
 Sicyonios ignis non fiebat nisi è lignis iuniperi, quibus folia  
 addebantur pederotis, ut ait Paul. in Corinthiacis. In Iouis sa-  
 cris ilicis ligna, in Martis fraxinorum, in sacris Herculis albæ  
 populi, cerni, aut æsculi, aut corni, ut scriptum est ab Ephoro  
 lib. 2. de Ponderibus Asiæ, & ab Epigene in Heroïna. Sunt au-  
 tem huic rei argumento illa quæ scripta sunt à Timæo Siculo  
 in libro secundo historiarum in hunc modum: μετὰ τῆς τρωί-  
 ας ἄλλοις πολλοῖς τῶν Λακρῶν περὶ τὰς ἐπείρας ταυτοχρόνως  
 ἀντρίθεισαν· οἱ δὲ Λακρίσω Αἰάντι μέλει ἐπὶ Λακρίδα διασώτη-  
 σαι. φθορὰς δὲ καὶ λοιμὴν τὴν χώραν αὐτῶν μετὰ τὸ τρίτον ἔτος  
 ἔχοντων, διὰ τὴν μὲν ἀδύμετον Ἀϊάτος τῇ καταστροφῇ, ἔχρησεν  
 ὁ θῖος δὲ νείεις ἑκατάχλια τὴν Ἀθήναιον τὴν οὐτ' Αἰφιδάσκιδαι, πέμ-  
 ποντας δύο παρόντους ἐπὶ κλήρῳ καὶ Λοχῆσι. καὶ μετὰ ταῦτα  
 ἔθας ἦν τοῖς τρωσὶ πεμπομένης πρὸς πάντας τοὺς κατασχέν καὶ  
 ἀναιρῆν, καὶ τοῖς ἀκάρπεις καὶ ἀγροῖς τῶν ἑύλων καὶ φ. ὅπρι  
 ἰπείναι μέχρι τῷ φωκικοῦ πολέμου. τότε γὰρ ἐπαύσατο ταύτης  
 τῆς ἐν-



sceleratorum hominum offerebantur. Idcirco per nouem dies noctesque, saltem oportebat ab omni libidine sacerdotes, aut mulieres adimas, aut initiaturas abstinere, ut est in his,

*Per ἣν nouem molles Venerem, saluti ἣν, Virum  
In vetitis memorant.*

Sic & Cybeles sacerdotes membrum genitale sibi quodam lapide abscindebant, ut casti viuerent. & Athenis alii bibebant cicutam, ut vim membri genitalis amitteret, & mulieres praeterea initiaturae sibi lectos è viticis foliis substernebant, ut refranarent libidinem. quare iure scripsit Demosthenes in oratione contra Timocratem haec de praefidiis factorum; ὅσοι μὴ γὰρ ἠγνοῦμαι διὰ τὸν αἶμα ἡρὰ ἐκείνην, καὶ χρησίμην καὶ κατὰ τὴν ἀφαιρέσιν, καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμαλίας προσάτης ἐσέμεται, οὐχὶ προσημαίνων τακτὴν ἡμερῶν ἀριθμὸν ἀγνόν, ἀλλὰ τὸν βίον, ἵλας ἡγνυκίαναι περὶ τῶν ἐπιταλαιμάτων. ego sane sic existimo, eum qui ad sacra accedit, & res sacras sit tractaturus, aut res ad Deos spectantes curaturus, oportere non praedictum aut statutum dierum numerum esse castum, sed per universum vitae suae cursum ab huiusmodi turpibus studiis abstinuisse. Neque enim ad sacra accedere cuiquam licebat, nisi lotis manibus: quare & Aeneas sacra attingere ita vel per summam pietatis opportunitatem recusat apud Virgil. lib. 2.

*Tu genitor cape sacra manu, patriosq; Penates,  
Me bello è tanto digressum, & cade recenti  
Attrectare nefas, donec me flumine Vno  
Abluero.*

Et Homerus lib. 2. Iliad.

*Χερσὶ δ' ἀνέμειται αἰὲ λείαν ἀδοπαῖον  
ἄλμα. οὐδ' ἐπὶ ἱερῇ καλαινῇ προΐωνι  
αἶματι, καὶ λούειν πεπαιγμένον ὀχέταάδω.  
Non decet illotis manibus labare superne  
Vina Ioui, pudor hoc prohibet fecisse, cruere*

*Turpatum me & cade Virum Divi fundere Vota.*

Existimabant enim antiqui eandem esse animi quam etiam corporis purgationem, ut cum quis in flumine manus aut corpus abluisset post eedem, ille purus statim efficeretur: quare ita scribit Anticlidides libro 74. reddituum; ἴσοι γὰρ ἢ τῶν πεπαιγμένων, ὅτι καὶ οὗτοι ἀλμύρι, ὅτι καὶ οὗτοι ἀνθρώποι.



merentur ex armentis, quibus notæ inureretur sacrae, eximæ.  
Nam trifariam armenta diuidebant antiqui, cum aliam par-  
tem destinarent forturæ, aliam laboribus, aliam reseruarent  
ad altaria, ut innuit Virg. lib. 3. Georg.

Continuor, notas, & nomina gentis inuenit:

*Et quos aut pecori maluit submittere habendo,*

*Aut aris servare sacra, aut scindere terram.*

Erant autem singulari diligentia delectæ victimæ quæ Deorum sacrificiis dicabantur, non solum ob eximiam pulchritudinem, sed etiam ob puritatem coloris cum diuersi omnino rejicerentur, neque liceret mutilam, aut aliqua corporis parte carentem victimam ad aram adducere. atque hanc diligentiam ita breuiter attingit Lucianus in dialogo de sacrificiis: ἅμα δὲ βούντας σιμῶν ὅτι πάντες τὸ ζῶον, καὶ πολὺ καὶ πρότερον ἢ τὰ σκύντας ἐν ὑπλάσι εἶναι, ἵνα μὴ δὲ τῶν ἀχρήστων τι μετασφάττωσι, προσάγουσι τῷ θωμῶ. *enimvero sacrificantes victimam coronant, multoq; prius studio perquirunt num perfecta sit, nequid inutile iungent, atque ad aram deducant.* Deinde vestes sacerdotum puras, neque vlla macula inquinatas conuenire putarunt. quod ita innuit Virg. lib. 12.

*puraq, in veste sacerdoti*

*Setigera factum fuit, insonsamq, bidentem*

Articulat, admonitq, pecus flagrantibus arm.

Nam neque laboribus assuetas victimas, neque illas ex quibus aliqua utilitas capta fuisset, Diis convenire arbitrabantur. Deinde aliis Diis alius coloris vestes magis erant idoneæ. nam Diis inferis atræ vestes, cœlestibus purpureæ, ut ait Manander in libro de Mysteriis, conveniebant; quibusdam verò albæ, ut sacrificiis Cereris, sicut testatur Ovid. lib. x.

*Festapia Cereri celebrabant annua matres,*

III. a quibus ninea velata corpora veste

*Primitiae fungum dant spicula ferta suarum.*

& lib. Fast.

*Alba decent Cererem, Vestes Cereali bus albae*

*Sumite, nunc pulis celleris & suis abest.*

Deinde Diis aliis feminae victimae tantum, aliis soli mares immolabantur. in omnibusque sacrificiis committebatur piaculum, si quis crede pollutus, vel alio flagitio, ad aras accessisset: minimeque grata erant sacrificia, quae ab impuris manibus



Coronis & Aristophanes in Ranis in his attigit:

ὡς ἀνὰ πρὸς μὲν τῶν ἀνδρῶν

ἀμφὶ κέρει / ἐπὶ βρύστῳ

εἰσάγει μύρτον.

*Frustra feram quidem quatients*

*Circa caput tuum Sirentem*

*Coronam myrtorum.*

Ac in Cerealiis quercu coronabantur, ad perpetuam accepti  
ab illa Dea beneficii memoriam: ut significavit in his Virg. in  
primo lib. Georgiconum,

*neq. antè*

*Falces maturis quisquam supponat arvis,*

*Quam Cereri tarta redimistis tempora quercu*

*Det matris incompósitos, & carmina dicat.*

In sacris Herculis populo coronabatur, ut testatur idè lib. 8. Æn.

*Populem adsunt enitita tempora ramis.*

In sacrificiis Apollinis lauro coronabantur, ut ait Apollon, lib.

3. Argon.

ἑστία δ' ἔπει- / ἑλμαυρὶ δ' ἀπὸ νηὸς ὄπισθε μίτραν αἶ:

*Flammæ sunt Syriæ redimisti tempora lauro.*

Scriptum reliquit Andrestas Tenedius in navigatione Propontidis antiquos triplici ordine coronandi usus fuisse in sacris quem locum etiã declaravit enarrator Apollonii, cum alii capiti superius coronas imponerent, alii ad tempora usq. deprimerent, alii ad collum usque detraherent. verum non solum coronabantur sacerdotes in sacris, aut sacrificantes, sed etiam vasa quibus utebantur, & victimæ quæ fuerant immolande, quibus coronæ circa collum apponebantur, earumque cornua inaurabatur, ac vittis coloribus Diis quibusque gratis innectebantur, ut illud est Ouid. lib. 7. Metamorph.

*feruntq. secures*

*Colla terosa bonum sanctorum conua Vittis.*

Quod autem vasa etiam coronarentur, ita testatus est Virg. lib.

3. Æneid.

*Tum pater Anchises magnam cratera corona*

*Induit, implevitq. mero, dinoviq. vocavit.*

Neque verò victimæ quævis eligeantur in sacrificia, sed quæ  
pretiosiores essent, multo antè reservabantur: quare cum &  
grege deligerentur, egregiæ victimæ dictæ sunt, ac cum exi-



prema parte dissentiens. atqui extruebantur ita ipsa templa, et  
 apertis fenestris statim ortum solem exciperent, sicuti testatur  
 Possidippus epigrammatum poeta in his carminibus;

ἄρι δ' ἀνεργόμενοι πρῶτον λαβόν ἡλίου φῶς  
 ναοὶ Ἀπτοίδεω καὶ Ἡ' Φαίστοις ἐνίο.

*Fulcani ac Phœbi radios cepere priores  
 Surgentis Solis foribus delubra reclusis.*

Non inscitè itaque Virg. lib. 12. *Æneidos* sacrificantes inducit  
 ad solem orientem conuerti, cum ita inquit;

*Illis ad surgentem conuersi lumina solem.*

Erat præterea consuetudo ut Diis superis manè sacra fierent so-  
 le oriente, sicuti vita defunctis & inferis occidente sole: velut ait  
 Callixenus Rhodius in iis quæ scripsit de Alexandria, hoc pacto:

τοῖς μὲν οὖν κατὰ ἔχουσιν πρὶ τοῦ ἡλίου δυσμᾶς ἐπαγγέλλονται τὰ ἱε-  
 ρὰ ὑπὸ τῆς ἡμέρας τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος ἱερῶσιν. *Vita*  
*defunctis sanè circa occasum solis parentamini, ac caelestib.*

*Diis aurora tempore sub exortum solis sacrificamus. Co-*  
*ronabantur autem in ipso sacrificio & victimæ, & altaria &*  
*homines sacrificantes, ut testantur hæc carmina oraculi Del-*  
*phici, quæ sunt in oratione Demosthenis contra Midiam;*

αὐτὸς ἂν ῥιχθείησιν ὅσοι πατριῶτες ἄν-  
 ταις τε, καὶ πατρίοις νόμοις ἰδύσθ' ἱερτὰς,  
 μιμητῶν βαλχεῖο, καὶ ἱερυχέρεος κατ' ἀγυῶν  
 ἱστῶναι ὁραίων ἡρώων χάριν ἀμύγα πάντα,  
 καὶ κτιστῶν ἡρώων κατὰ σφάνοις πυλάσωνται.

*Impero Erechthidæ vobis Pandionis Urbem  
 Qui colitis, patrio & facitis solennia ritu,  
 Vi memores Bacchi sitis, lateq; per urbem  
 Primitias Bromiæ cunctis statuant, & iidem  
 Soluant grates passim fumantibus aris  
 Tempora sacratæ redimite ritè coronis.*

Quod etiam significauit idem Demosthenes in oratione con-  
 tra Neeram seuati in aliorum Deorum sacrificiis in his;

ἀγνῶν, καὶ εἰ μὴ καθεύδα καὶ ἀγνῆ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθεύ-  
 ρόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρῶν σπουδαίων. *sum enim pudica, & pura*  
*& casta ab aliu puritati aduersantibus, & a viri congressu.*

Et quoniam aliæ arbores Diis aliis fuerunt consecratæ, ideo  
 Diis variis sacrificaturi sacerdotes variis coronis ornabantur  
 utpote in Dionysiæis myrto, ut ait Timachidas in libro de  
 Coronis,



lucisset, sublimem illam fecerunt, ut in his ait idem poeta.

τὰ δὲ πρῶτον οὐκ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ,

ἔκτισαν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐκείνην.

*Iussit aut, soluentes ei in primo creximus aram*

*Lattore sublimem.*

Huius rei vel illud argumento est, quod etiam apud Latinos altare, quasi alta area, vocatum fuit. Erat præterea illa templorum erigendorum consuetudo ut non modo sublimia & ampla extruerentur, sed etiam quæ orientem solem statim exciperent, ut ait Plutarchus in Numa Pompilio, neque vlla re impedirentur, sed forent undique libera, & minimè occupata, ut testatur Promachidas Heracleota, atque Dionysius Thrax his verbis in lib. 2. diareseō, εἰ γὰρ καὶ τὴν θαλάμῳ καὶ τὸν ἥλιον ὑπερεκείσταντο ἰσχυρὰ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἰσχυρὰ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἰσχυρὰ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. *Antiquorum enim templa exorientem solem statim excipere solebant, & statim orto lumine fenestris ac foribus patefactis repleri, ubi sacrificia fiebant.* Neque illud sanè prætermittendum duxerim, quod voluerunt antiqui genera etiam ædificiorum, Deorum illorum naturæ, quibus dicabantur, plurimam convenire. Nam Ioui, Marti, Herculi nō nisi Doricum; Baccho, Apollini, Dianæ, Ionicum; Corinthiacum virgini Vestæ convenire præcipuè creditum est: quamvis aliquando omnibus his generibus in eodem templo utebantur. Nam in delubro Alce Minervæ, cuius architectus fuit Scopas Parius apud Tegeatas, cum triplex esset columnarum ordo, primus ordo, qui ingredientibus sese offerebat, erat Dorici operis; secundus Corinthiaci; tertius qui iuxta templum fuit, erat Ionico artificio elaboratus. Istud autem fiebat cum delubra essent Diis variis consecrata, vel cum Diis illis essent dicata, quorum multiplex esset facultas, & ad mares ac feminas elementa spectarent. Nam cum Ioui Olympio apud Eleos templum esset erectum Dorica ex ædificatione, cuius in exteriori parte columnæ cū Doricis epistyliis ostendebantur, tum Iunonis etiam templum triphylæ, quod fuit ab Oxylo artifice erectum, cum operis figura Dorica extructum fuit columnis eiusdem artificis circumquaque illud ambientibus, ad explicandam credo maximam vim actis, & ad significandum quod Iuno Iouis esset soror, ac scilicet ab ignis natura non longo intervallo in su-



uenit non solum in animalibus, aut in plantis, ad vires, bonita-  
temque singulorum plurimum conferre ciborum vim, aerisq.  
temperiem, sed etiam in illis daemonibus, quibus plenum esse  
hoc vniuersum, quod intuemur, tradiderunt sapientes. Qui e-  
nim in obscuris caernis habitant, multum sunt magis & im-  
mites & feri, & crassiore quadam materia, quippe quæ propius  
ad corpus accedat, sicuti testatur Pfeilus in iis libris quos scripsit  
de Daemonibus, quam illi sint daemones, qui regionem ignis  
vel aeris incolunt: quod accidit ob habitationis naturam ac  
vim syderum. Quid enim mirum est astra in his plurimum  
posse, cum & metallis, & durissimis lapidibus, & plantis domi-  
nari putentur? Aut quis nesciat alia metalla Soli, alia Lunæ, alia  
Veneri, alia Mercurio, alia aliis astris, propter quasdam propri-  
etates ac similitudines, quod aliis etiam contingit corporibus,  
esse attributas? omnem igitur vim factorum, omnemque Deo-  
rum ritè expiandorum rationem in cognoscenda daemonum  
natura consistere arbitrabantur. Quare cum celestia corpora  
igneæ esse crederent, quæ opinio non solum fuit Anaxagoræ  
& Empedoclis, sed multorum etiam aliorum philosophorum,  
in horum sacrificiis & lumina, & figuras, & multa ad visum  
spectantia addiderunt, quorum aræ sublimes struebantur, su-  
per quibus accendebantur lumina, & victimæ cæcæ impone-  
bantur. Cum igitur sacra fiebant superis, ac Ioui præcipue, aræ  
in sublimibus locis extruebantur, ut inquit Melanthes in libro  
de sacrificiis hoc pacto, *πᾶς δ' ἐ ὄρος τῷ αἰὲς ὄρος ὀνομάζεται, ἡ-  
πᾶ ἰδοὺν τοῖς παλακοῖς, ὡς ἴσμεν ὅτι τῷ θεῷ ἔνυ λειθυσίας ποι-  
εῖται.* Omnis autem mons Iouis mons appellatur, quoniam  
mos fuit antiquerum, & altissimo Deo existens in loco sub-  
limi sacrificarent. Sic etiam è Iouis ipsius oraculo sacra fiunt  
in montibus apud Apollonium in lib. 2. Argonaut.

*καὶ βρομὸν πῦρ μὲναι αἰὲς ἱμαίῃς,  
ἱερὰ τ' ἐν ἱερῇσιν οὐ ἄριστον ἔστι καὶ νέον  
σπρίσκει, αὐτὰρ τακρονὶ δ' αἰὲς, τοῖς δ' ἱερῇ.  
Ingentem Iouis humentis tunc extruit aram,  
Et sacra imponit in montibus: hic quoque sacra  
Spirans accepit, sic Iupiter ipse volebat.*

& ut est apud Herodotum in Clio, quem locum citatui, cum  
de Diis variarum gentium loqueret. Quin etiam & Apollini  
aræ in litore crexerunt Argonautæ, atque cum mons ibi nul-  
lus